



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Celebratur eloquentia & ardore contra Hæreticos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

sum frequenter expertus non sine profectu & consolatione spirituali, cùm apud Arnhemienses, Noviomagenses, Busciducenses, Osteruuikenses, Dicstenses, Louanienses degerem. Laudo, & extollo nomen sanctum tuum in sponsis tuis, iisque virginibus admirandæ virtutis, & antiquæ simplicitatis, & probatæ pietatis: quarum monitis, & exemplis, imo, & vaticiniis me saepius excitare, terrere, fouere, & impellere voluisti, vt & tibi propior fierem, & mihi notior, & aliis utilior, & in via spiritus vigilantior essem. Credo gratiæ tuæ donum fuisse, cùm ego huiusmodi seruis tuis, & ancillis electis adiungerer saepè; illis, quam cæteris opulentioribus, adesse malebam: illarum hortationes, consilia, preces magnipendebam, cum illis colloquia pia miscebam. Hisce præsidiis, tamque secundis ventis afflantibus bellissimè nauigans, nec ullis blandientium Sirenum vocibus interpellatus, nondum certam sibi rationem vitæ degendæ, & quasi regionem, ad quam cursum dirigeret, proposuerat: sed tantum contemplationis amore ad sanctum ocium, & religiosam, qualis Carthusianorum est, propendebat tranquillitatē. Iamq; toti spectaculo erat, non Academiæ modò, sed eti-
imp

Celebratur
eloquentia
& ardore
contra ha-
reticos.

etiam ciuitati Coloniensi. Exercebatur enim fre-
quenter declamans publicè, vnde & doctrinæ pro-
fектus, & præcipue eloquentia, & ardor aduersus
hæreticorum insanias nouitates celebrabantur. Il-
le priuatim memoratur eximius tanquam præfœ-
cundæ stirpis fructus adolescentis, Laurētum Su-
rium, à quo deinde tantocum bono publico edi-
ta sunt ingentia illa volumina vitarum Sancto-
rum, cùm Lutheranus error incautum in prima
ætate circumuenisset, Canisius ingenij sui, & elo-
quentiæ ornamenti conciliatum, vnuſ omnium
maximè impulisse dicitur, vt ad Orthodoxos re-
uerteretur. Interior inde contractus est uſus, qui ad
extremum vsque Sanctis vltro, citroque & episto-
lis, & aliis cultus officiis permanſit.

Haec tenus eucto Canisio nouum diuina pro-
uidentia subsidiū misit per quod ad Celsissimum
Petrum Fa- brum conne- nit, & admi- ratur. Euangelicæ sapientiæ culmen ueheretur; Petrus
Faber Sociorum beati Ignatij primus, Apostolicæ
Sacerdos industriæ, præclaras per Germaniam, Spi-
ræ maximè, & Moguntiæ, priuatim, publiceque
gerebat res, egregia viri fama longè, lateque ma-
nante. Duos habebat suæ asseclas disciplinæ Colo-
nię Ioannem Aragonium, & Aluarum Alfonsum,
qui